Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



74

ysaias

mentumenta eius lignis & lignis mul-
tiplicantis domum sicut torrens fluen-
tis superedificans eam. Ca. xxxi.

Ve qui descendis in egip-
tum ad auxilium mequi-
scentes. & habentes fiducia
super equitibus quia multi sunt:
& super equitibus quia pualidi nimis:
& non sunt confisi super sanctum israel: & do-
minum non requisierunt. Ipse autem
sapiens adduxit malum: & verba
sua non abstulit: & surget contra
domum pessimorum: & contra auxilium
operantium iniquitatem. Egyptus
homo & non deus: & equi eorum caro &
non spiritus. & dominus inclinabit
manum suam: & corruet auxilia-
tor: & cadet qui suscipitur auxilium.
Similiter omnes consumentur. quia
hec dicit dominus ad me. Quomo-
do si rugiat leo & catulus leonis super
predam suam. cui occurrit et multi-
tudo pastorum. a voce eorum non
dabit. & a multitudine eorum non
pauebit: sic descendet dominus ad
bellandum in monte syon. & super collem eius. Sicut aues
volantes sic proteget dominus exer-
cituum israel: protegens liberans tran-
siens & saluans. Convertimini ad
me filii israel: cui recesserastis filii
iniquitatis. Iniquitatem enim illa abiicient uniuersi idola ar-
gentea sua. & idola aurea sua. quae fecerunt
vobis manus uestre in peccatum. & cadet
assur in gladio non uiri: & gladius
non hominis devorabit eum. & fu-
giet non a facie gladii: & iuuenes
eius tributales erunt. & fortitudo
eius a timore transibit: & pauebunt
fugientes principes eius. Dicit
dominus cuius ignis est in syon:
& caminus in iherusalem.

Ecce in iustitia Ca. xxxii.
regnabit rex: & principes
eius in iudicio preerunt.
& erit vir sicut qui abscondit
a vento. & celat se a tempestate: sicu-
ti aquae in siccitate. & umbra petre
in terra inuia deserta. Non tal-
gabunt oculi videntium. & aures
audientium diligenter ausculabunt.
& cor stultorum intelligens scientiam. & lin-
gua balborum velociter loquens & pla-
ne. Non vocabitur ultra is qui in-
piens est princeps. neque fraudu-
lentus appellabitur maior. Stultus
enim fatua loquitur. & cor eius fa-
ciet iniquitatem: ut perficiat hy-
pocrisim. & loquatur fraudu-
lenter ad dominum. & inanem faciet
animam esurientis. & potum si-
tientis auferet. Fraudulenti vasa
pessima sunt. Ipse enim cogita-
tiones excogitabit ad perdendos
mites in sermone iniquitatis. cum loquitur
pauper iudicium. Princeps in ea
que digna sunt principe cogita-
bit: & ipse super duces stabit. Mulie-
res opulente surgite audite vo-
cem meam: filie confidentes percipi-
te auribus eloquium meum. post
dies & annum vos conturbabimini con-
fidentes. Consummata est enim vin-
demia. & collectio vinea non veniet.
Obstupescite opulente. & conturba-
mini confidentes. Exuite vos. & con-
fundimini. accingite lumbos vestros.
super ubera plangite super regione
desiderabili super vinea fertili. super
terram populi mei spine & vepres
ascendent. quoniam adhuc super omnes
domos gaudii ciuitatis exultan-
tis. Domus enim dimissa est. multi-
tudo urbis relicta est. tenebre &
palpatio facte sunt super speluncas.